

*vestigijs insistentes, verbi divini prædicatio-
ne, illud jam secundâ vice exornemus.*

NARRATIO.

Convenimus jam charissimi ad præci-
pua m hujus Evangelij partem expli-
candum. Hodie enim circumstantias,
quæ circa legationem hanc consideran-
dæ venerunt: Item Angeli salutationem,
eiusq; effectum, consideravimus. Jam
verò ipsa Angeli legatio, ut illam apud
Mariam expedivit aggredienda. Per-
pendamus autem.

- I. *Ipsam Angeli legationem, quâ jussu
DEI Mariam Christum conceptu-
ram & parituram affirmavit.*
- II. *Colloquium, quod Maria auditâ hac
legatione cum Angelo habuit.*
- III. *Quomodo Maria hoc colloquio in
fide confirmata divinæ omnipoten-
tiæ se subjecerit.*

D E I. L O C O.

- I. Angelus exorditut: *Ne timeas, &c.*
Rationem addens: *Invenisti enim gra-
tiam, &c.*

V S V S.

- II. Exemplo Angeli Ecclesiæ pastores Rō: 14.
ut &